



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

12. Aprilis. Non ideo pane Angelorum abstinendum, quòd molliores non experiamur sensus: foret enim hoc perinde, ac qui vellet inediâ perire, quòd pane mellito careat. S. Ignat. vitæ l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Nulla vox ad persuadendum aptior
demissione, plus hæc adjumenti, quam
integra bibliotheca dabit. Vide: quid
lentis, quid annis, quid experientia
buendum.

12. Aprilis.

*Non ideo pane Angelorum abstinendum
quòd molliores non experiamur sensus
foret enim hoc perinde, ac qui vellet
diâ perire, quòd pane mellito careat.
Ignat. vitæ l. 4.*

Sicut in cibis corporalibus non semper
illi magis conducunt valetudinis, quam
palatum suavius afficiunt; ita nec illa com-
munio censenda est animæ utilior, quam
sumpta majorem habet teneritudinem.

Panis solidus auget vires; saccharum
gustui prodest, non stomacho. Solida
votio fide vivâ, spe firmâ, charitate
fictâ absolvitur, teneris lachrymis, & m-
li affectu carere tutò potest.

Illam devotionis teneritudo, corporalis
est gustus, non spiritualis: illam qui appetit,
se, non Deum quærit. Puerorum
licia dulcia sunt. Cordis & animæ,
gustus & palati, cibus est Euaharistia.

Qui vulnus habet, medicinam quærit;
nec sollicitus, an suavis? modò utilis illa
sit. Insipiens, qui medelam non admittes-
ret, nisi dulcem.

13. Aprilis.

*Ille beatè vivit, qui, quoad fieri potest, & in
in Deo mentem, & Deum in mente ver-
sat assiduò. S. Ignat. vitæ l. 3. n. 1.*

Quid habet homo ex omni labore suo?
Ut trochus inutili motu continuò
volvitur, donec concidat; ita sine fructu
humanæ agitantur curæ, nisi in eo quie-
scant, ad quem conditi sunt.

Difficile est curis distrahi, & mente im-
mobiliter in Deo hærere: sed quod potest
in acu polari natura, cur in te non possit
gratia? quocunque volvatur illa, seu su-
dum arrideat cœlum, seu minetur turbi-
dum, à polo non dimovetur. Sic mobile fit
fixum.

Beata mens! quæ olympi montis æmula
tempestatibus quidem obnoxia est, sed
vertice super has altior perpetuam alit se-
renitatem. Hæc mentis in Deo fixæ felici-
tas est.

Ut soli Soli oculos indulget aquila, ita